Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8343
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Homagium fidelitatis ppti in Berchtesgaden

Ego N. abbas hoc in manu vestra ad ultimum diem vite mee fidelis
ero Reuerendissimo domino meo domino N. venerabili Episcopo Salzburgensi
vestris successoribus canonice intrantibus. et sede ecclesie Salzburgensis
nullum ero in consilio, et auxilio vel facto, quod amittat vitam vel
membrum aliquod. vel quod recipiat in persona sua. vel ecclesia sua
aliquam lesionem. injuriam. vel contumeliam, vel quod amittat aliquem
honorem, quem me habet, aut ecclesia sua, aut in antea possidebit. Et si sciero vel audiero de aliquo qui velit aliquod istorum contra ipsum et ecclesiam suam facere pro posse meo ut non fiat impedimentum prestabo
Et si impedimentum prestare nequiero, quam cito potero eis nuntiabo
et auxilium meum omne quod potero prestabo. Auxilium eis contra omnes
mortalibus et hominibus, et quibuscunque aliis modis utilibus sp
dabo, et me vasallum suum et sue ecclesie recognosco. Et si contingerit
eos rem aliquam quam habent. vel habebunt muste. vel fortuito casu
amittere ipsos eandem rem recuperare iuuabo, et recuperatam eam tue
retinere. Si etiam percepero quod ipsi voluerint aliquem iuste offendere
et mde spaliter vel gratiatere sicco requisitus meum statum potero
prestabo auxilium. Et si quid michi in secreto manifestauerint, vel alias
secretum suum ignorauerint. illud sine su licentia nemi pandam. vel
quod pandatur facta. Consilium sup quotiens facto a me postulatum
sibi dabo, quod videbitur michi magis expediens et utile. vel quod
eis est facile et possibile. faciam eis difficile et impossibile, et nunquam
aliquid facta loquendo, stabendo, consentiendo vel alio modo quod sit
contra iocunditatem, securitatem, et tutelam, utilitatem, honestatem
vel famam ipsorum. vel quod ad ipsos vel suum pertineat in injuriam, ut
contumeliam. Jura, res. et possessiones ecclesie mee non vendam, non
infeudabo. non impignorabo, non aliquo alienabo titulo alie
nabo, absque voluntate Capituli mei. et manifesta licentia inde sen sue
sororum indeque petita et obtenta. Eadem etiam jura ecclesie mee pro
posse defendam, et recuperabo, damnum vitabo, et utilitatem procura
bo, sic me deus adiuuet et sancta dei euangelia